terior amicitiæ, ſicut benevolentia eſt actus ejus interior, 22. q. 31. 4. o.

1. Beneficium eſt ſtatim recompenſandum ſecundum affectum, ſed expectanda eſt opportunitas effectus, 22. q. 106. 4. o.

2. Recompenſatio beneficii debet eſſe major accepto, 22. q. 106. 6. o. & q. 107. 2. c.

3. Pertinet ad tres virtutes diverſimode, ſc. ad juſtitiam, ubi eſt debitum legale, ut in mutuo & aliis hujuſmodi, ad amicitiam vero, & gratiam, ubi eſt debitum morale, 22. q. 31. 1. ad 3. & q. 106. 5. c. & q. 108. 2. ad 1.

4. Beneficium & recompenſatio magis in affectu conſiſtit, quam in effectu, 22. q. 106. 3. ad 5. item ad 6. item 5. o. item 6. ad 1.

5. In recompenſando beneficium juſtitia attendit datum, amicitia utilis attendit utilitatem, ſed amicitia honeſti & gratiæ attendit affectum dantis, 22. q. 31. 1. ad 3. item q. 77. 1. ad 3. item q. 78. 2. ad 2. item q. 106. 5. o.

6. Nullius beneficium eſt tantum ſicut parentum. Ideo in recompenſatione beneficiorum ſunt cæteris præferendi, niſi neceſsitas vel utilitas, vel alia cauſa præponderet, 22. q. 31. 3. ad 3. item ad 4. & q. 101. 1. c.

7. Omnia beneficia ſecundum communem rationem reducuntur ad amorem, & omnia nocumenta ad odium, ſed ſecundum ſpeciales rationes ad diverſas virtutes, vel vitia, 22. q. 31. 4. ad 2.

8. Filius poteſt parentibus majus beneficium recompenſare, quam accepit ſecundum affectum, non autem ſecundum effectum, 22. q. 106. 6. ad 1.

9. Beneficia Dei tota ſingulis hominibus ſunt exhibita, 3. q. 1. 4. ad 3.

10. Præcipua Dei beneficia ſunt creatio, & quies mentis in Deum per gratiam, & gloriam, 12. q. 100. 5. ad 2.

11. Omnis ſolemnitas, vel ſacrificium veteris legis fuit inſtituta propter aliqua beneficia Dei præterita, vel futura, 12. q. 100. 5. ad 2.

12. Licitum eſt petere beneficium ſine cura pro ſe digno, & indigenti, non autem cum cura, 22. q. 100. 5. ad 3.

13. Dans beneficium non meliori, ſed ſufficientiori, non peccat, 22. q. 63. 2. o.

14. Beneficia Eccleſiaſtica magis debent dari plus idoneis ad regimen Eccleſiæ, quam magis conſanguineis, ſed de patrimonio, & licitis lucris eſt è converſo, 22. q. 63. 1. c.

15. Dans beneficium ſpirituale conſanguineo minus digno peccat per acceptionem perſonarum, non autem ſi ſit æque dignus, 22. q. 63. 2. ad 1. & q. 185. 3. c.

16. Dans beneficium ratione conſanguinitatis graviter peccat, & eſt ſimonia, ſi per hoc intendit aliquod bonum proprium, 22. q. 63. 1. c. & 2. ad 2. & q. 100. 5. ad 2. & q. 185. 7. ad 1.

Benignitas eſt idem cum effectu, ſc. habitus benefactivus, & ad loquendum dulciter, 12. q. 70. 3. c. & 22. q. 80. ad 4.

1. Benevolentia proprie eſt actus voluntatis, quo alteri volumus bonum, 22. q. 27. 1. c.

2. Eſt tantum ad rationalia, 1. q. 20. 2. ad 1.

Beſtia dicitur quaſi vaſtia, propter crudelitatem, ut leo, urſus, & hujuſmodi, 1. q. 7. 2. ad 2.

1. Beſtialitas, ſicut ſecundum Philoſoph. ponitur extra numerum aliarum malitiarum humanarum, quia humanum modum tranſcendit, ita à ſanctis ponitur extra numerum peccatorum, quę in ipſis fidelibus inveniuntur, quaſi gravius eis. Tamen ſi ad aliquod de ſeptem capitalibus reduci debeat, poterit ad ſuperbiam reduci, ſecundum definitionem Auguſtini, 22. q. 154. 11. ad 2.

Bibere pluries in die licet jejunantibus, niſi fiat in fraudem, 22. q. 147. 6. ad 2. item ad 3. item 3. q. 80. 8. ad 4.

1. Bigamia inducens irregularitatem incurritur quadrupliciter, & impedit omnem ordinem: ſcilicet cum quis habet plures uxores de jure ſucceſsive; cum ſimul habet plures uxores unam de jure, & aliam de facto; cum plures habet ſucceſsive, unam de jure, & aliam de facto; & quando viduam ducit in uxorem, 22. q. 108. 4. ad 2.

2. Cum bigamia tollat ſignificationem ſacramenti integram, & per conſequens ſignificationem conjunctionis Chriſti cum Eccleſia, quæ eſt unius ad unam, merito irregularitatem inducit, ſ. q. 66. 1. c.

3. Sive uxorem unam quis habuerit de facto, ſive alteram de jure, (ubi eſt quædam ſacramenti ſimilitudo) irregularitas efficitur, ſicque bigamiæ utroque modo irregularitas annexa eſt, ſ. q. 66. 2. o.

4. Ex hoc quod vir uxorem non virginem ducit, irregularis efficitur, non autem ex hoc quod corruptus corruptam ducit, ſ. q. 66. 3. c.

5. Sicut baptiſmus non tollit conjugium, ſic nec bigamię irregulatitatem tollere poteſt, ſ. q. 66. 4. c.

6. Cum irregularitas bigamiæ non ſit de jure naturali, ſed poſitivo, poteſt Papa cum bigamo diſpenſare in omnibus ordinibus, Epiſcopus vero ſolum in minoribus, niſi in quibuſdam caſibus, ſ. q. 66. 5. c.

Bilinguis idem eſt, quod ſuſurro, 22. q. 74. 1. ad 3.

1. Blaſphemia in communi eſt attribuere Deo, quod ei non convenit, vel detrahere ab eo, quod ei convenit, 22. q. 13. 1. o.

2. Pertinet ad genus infidelitatis, aggravans eam, 22. q. 13. 3. c.

3. Quælibet ſemper eſt peccatum mortale, quando eſt cum deliberato conſenſu, 22. q. 13. 2. o.

4. Ex lapſu linguæ eſt peccatum veniale, ſi hoc non intendebat, 22. q. 13. 2. ad 3.

5. Eſt graviſsimum peccatorum omnium, 22. q. 13. 3. o. item 3. q. 80 3. c.

6. Simpliciter eſt gravior homicidio, & perjurio, ſed ſecundum quid eſt é converſo, ſcilicet ratione nocumenti, 22. q. 13. 3. ad 1. ad 2.

7. Eſt contra primum, vel ſecundum pręceptum decalogi, 12. q. 100. 1. c. item 22. q. 13. 2. ad 2.

8. Ex deliberatione oritur ex ſuperbia, ſed ex turbatione oritur ex ira, 22. q. 158. 7. ad 1.

9. In Spiritum Sanctum dicitur dupliciter, ſcilicet, dicere contra deitatem, finalis impœnitentia, & peccatum ex malitia, 22. q. 14. 1. o.

10. Hæc dicitur ſimpliciter ſcilicet contra perſonam Spiritus Sancti, & contra attributum ejus, 22. q. 14. 1. 3. c.

11. In Spiritum Sanctum poteſt fieri tripliciter, ſcilicet corde, ore, & opere, 22. q. 13. 1. c. item q. 14. 1. c. ad 1.

12. Ex deliberatione peccare eſt peccare in Spiritum Sanctum, 22. q. 34. 2. ad 1.

13. Peccatum ex malitia, ideſt ex electione mali, dicitur peccatum in Spiritum Sanctum, ſed ex ignorantia in filium, & ex infirmitate, ideſt ex paſsione, in patrem, 22. q. 14. 1. 3. c.

14. Non omne peccatum ex malitia eſt peccatum in Spiritum Sanctum, ſed tantum ex malitia, quæ eſt cum contemptu impedientium peccatum, 22. q. 14. 1. o. & 4. c. & q. 100. 1. ad 2.

15. Non omnis contemptus boni impedientis peccatum eſt blaſphemia in Spiritum Sanctum, ſed tantum contemptus illorum, quæ directe ducunt ad pœnitentiam, & remiſsionem peccatorum, 22. q. 105. 2. ad 2.

16. Hoc peccatum eſt generale ratione habitus, ſed eſt ſpeciale ratione contemptus, 22. q. 14. 1. ad 3.

17. Blaſphemia in Spiritum Sanctum, ut ſpeciale peccatum eſt contemptus doni, quo homo retrahitur à peccato, non autem eſt peccatum ſequens ex eo, 22. q. 118. 5. ad 3.

18. Species ejus ſecundum tertium modum, ſcilicet ut eſt peccatum ex malitia, ſunt ſex, ſcilicet deſperatio, præſumptio, impœnitentia, obſtinatio, impugnatio veritatis agnitæ, & invidentia fraternæ gratię, 22. q. 14. 2. o. item q. 36. 4. ad 2.

19. Hoc peccatum eſſe irremiſsibile, exponitur tripliciter á doctoribus, ſcilicet vel quia eſt finalis impœnitentia, & ſic nullo modo remittitur. Vel quia, quantum eſt de ſe, habet meritum, ut non remittatur quantum ad pœnam. Vel quantum ad culpam, inquantum excludit ea, per quę fit remiſsio peccatorum, 1. q. 64. 2. c. & 22. q. 14. 3. o. & q. 118. 5. ad 3. & q. 86. 1. ad 2. & ad 3.

20. Eſt deſperatum ex parte peccantis, non autem ex parte Dei, 22. q. 14. 3. c. ad 1.

21. Homo poteſt primo ante alia peccata habere hoc peccatum, licet raro contingat, 22. q. 14. 4. o.

1. Bonitas Dei acquiritur à creatura rationali, tanquam perfectio ejus objectiva: ab aliis autem ſecundum ſimilitudinem tantum, 1. q. 6. 1. ad 2. & q. 65. 2. c. fin. & 12. q. 1. 8. c.

2. Omne bonum eſt bonum ſola ſimilitudine divinæ bonitatis, 1. q. 105. 5. c.

3. Nihil divinæ bonitatis participatione omnino caret, 1. q. 19. 4. ad 1. item q. 23. 4. ad 1.

4. Omnia opera Dei attribuuntur bonitati ejus, 1. q. 105. 2. ad 2.

5. Univerſum perfectius participat, & repręſentat bonitatem Dei, quam quęcumque alia creatura, 1. q. 15. 2. c. item q. 47. 1. c. fin. item 2. ad 1.

6. Deum poſſumus aliqualiter intelligere, non intelligendo bonitatem ejus, non autem intelligendo eum non eſſe bonum, 22. q. 2. 8. ad 3.

7. Omnia ſunt bona bonitate Dei, 1. q. 6. 4. o. item 22. q. 23. 2. ad 1. item q. 27. 3. c.

8. Ut principio effectivo, exemplari, & finali, 1. q. 6. 4. o. item 22. q. 23. 2. ad 1. item q. 27. 3. c.

9. Deus vult, quod ſua bonitas multiplicetur ex ſui ſimilitudine propter ſe, ſicut propter finem operantis, & propter utilitatem creaturæ, ſicut propter finem operis, 1. q. 44. 4. c. ad 3.

10. Quodlibet bonum ex additione alterius fit melius, præter optimum ſimplex, ex cujus participatione omnia ſunt bona, 12. q. 34. 3. ad 2.

11. Differentia triplex bonitatis Dei, & creaturarum, ſcil. quia ſolius Dei eſſentia eſt ſuum eſſe, & ei non adinveniunt aliqua accidentia, & ad nihil aliud ordinatur ſicut ad finem, 1. q. 6. 3. c.

12. Per hoc quod Deus creavit omnia ut eſſent, non excluditur quin creavit omnia propter ſuam bonitatem, 1. q. 65. 2. ad 1. fin.

in ſpecie modo, & ordine, 1. *q.* 5. 5. *o.* & *q.* 6. 1. *ad* 1. & 12. *q.* 63. 2. *ad* 3. & *q.* 85. 4. *o.* & 22. *q.* 19. 11. *c.* & *q.* 27. 6. *ad* 1. & *q.* 109. 2. *c. ad* 3. item *q.* 114. 1. *c.*

89 Homo dicitur bonus ſimpliciter ſecundum voluntatem, quia ipſa imperat cuilibet potentiæ. Secundum quid autem, per intellectum, vel alias potentias, 1. *q.* 4. 5. *ad* 3. & *q.* 84. 6. *c.* & 12. *q.* 34. 4. *c.* & *q.* 56. 3. *c.* & *q.* 66. 3. *ad* 2.

90 Bonum hominis, ut eſt homo, eſt bonum ſecundum rationem, non autem ſecundum ſenſum, 1. *q.* 49. 3. *ad* 5. & 12. *q.* 71. 2. *c.* & 22. *q.* 123. 12. *c.* & *q.* *q.* 129. 3. *c.* & *q.* 141. 1. 6. *c.*

91 Bonum hominis conſiſtit principaliter in actibus interioribus, 22. *q.* 27. 6. *ad* 3. & *q.* 30. 4. *o.*

92 Bonum hominis conſiſtit in conjunctione ejus ad Deum, 12. *q.* 98. 5. *ad* 2. & 22. *q.* 27. 6. *ad* 3. & *q.* 30. 4. *o.* & *q.* 186. 1. *c.*

93 Totum bonum hominis conſiſtit in ſubjectione ejus ad Deum, 22. *q.* 19. 11. *c.* & *q.* 81. 7. *c.* & *q.* 104. 4. *ad* 2.

94 Omnes homines appetunt unum bonum formaliter, non autem materialiter, 12. *q.* 1. 7. *o.*

95 Homo naturaliter in bonum tendit, 22. *q.* 34. 5. *o.*

96 Bonum cujuslibet virtutis eſt conveniens homini ſecundum rationem, ideo convenit ei naturaliter, 12. *q.* 54. 3. *c.*

97 Impoſsibile eſt, quod aliquis homo ſit bonus, niſi ſit bene proportionatus bono communi, 12. *q.* 92. 1. *ad* 3.

98 Qui quærit bonum commune, quærit proprium, quia bonum proprium non poteſt eſſe ſine communi, & bona diſpoſitio partis eſt in reſpectu ad totum, 22. *q.* 47. 10. *ad* 2. & *q.* 61. 1. *ad* 3.

99 Omne bonum creatum eſt minus bono hominis objectivo, non autem intrinſeco, & inhærenti, 12. *q.* 2. 8. *ad* 3.

100 Bonum animæ eſt melius bono corporis, & hoc bonis exterioribus, & bonum vitę contemplativę bono activæ, 12. *q.* 2. 5. 6. *c.* & 22. *q.* 104. 3. *c.* & *q.* 152. 2. 4. *c.*

101 Bonum multitudinis eſt majus, quam bonum unius, qui eſt de multitudine, non autem quam bonum unius extrinſecum, ad quod multitudo ordinatur, 22. *q.* 39. 2. *ad* 2.

102 In ſpiritualibus bonis debet homo ſemper ſibi magis providere, quam aliis, ſed in temporalibus laudabiliter liberalis facit è converſo, 22. *q.* 117. 1. *ad* 1.

103 Bonum hominis triplex, ſcilicet animæ, corporis, & exteriora, 12. *q.* 84. 4. *c.* & 22. *q.* 73. 3. *c.* & *q.* 85. 3. *ad* 2. & *q.* 104. 3. *c.* & *q.* 118. 5. *c.* & *q.* 152. 2. 4. *c.* & *q.* 186. 7. *c.*

104 Duplex, ſcilicet ſimpliciter, ideſt ultimus finis ejus, & omnia ducentia in eum, & bonum ſecundum quid, ideſt ut nunc, vel ſecundum aliquid bonum, 12. *q.* 114. 10. *c.* item 22. *q.* 23. 7. *c.*

105 Bona hominis triplicia, ſcil. minima, ut bona fortunæ, media, ideſt naturalia, & magna, ideſt habitus virtuoſi. Et eorum triplex eſt fructus, ſcil. fructus honeſtæ converſationis, ſacræ devotionis, & jucundæ pietatis, 12. *q.* 85. 4. *c.* & 22. *q.* 108. 4. *c.* & *q.* 118. 5. *c.*

106 In bonis corporis hominis tria ſunt per ordinem, ſcilicet integritas corporis, quies, & delectatio ſenſus, & uſus membrorum. Primum tollitur per occiſionem, vel mutilationem, ſecundum per verbera, tertium per carcerem, 22. *q.* 65. 3. *c.*

107 Bonum unius hominis continuatur alteri dupliciter, ſcilicet per charitatem, & per intentionem facientis, 3. *q.* 82. 6. *ad* 3.

108 Bonum naturæ hominis triplex, ſcilicet principia naturæ cum proprietatibus ejus, inclinatio ad virtutes, & originalis juſtitia. Tertium totaliter tollitur per peccatum, ſecundum minuitur, primum autem integrum manet, 12. *q.* 85. 1. 2. 4. *o.* item *q.* 93. 6. *ad* 2. item 22. *q.* 10. 4. *c.* & *q.* 23. 7. *ad* 1. & *q.* 35. 5. *c.*

109 Bonum proportionatum communi ſtatui naturæ eſt ut in pluribus, excedens vero ut in paucioribus, defectus autem è converſo, 1. *q.* 23. 7. *ad* 3.

110 Bona eccleſiaſtica debent dividi in quatuor partes, quarum una debetur epiſcopo, alia fabricæ, tertia pauperibus, & quarta beneficiato, 22. *q.* 185. 7. *c.*

111. In neceſsitate non debent emi poſſeſsiones de bonis eccleſiaſticis, nec in theſauris reponi, 22. *q.* 175. 7. *ad* 4.

112. Epiſcopi, & alii clerici habent verum dominium bonorum propriorum, non autem eccleſiaſticorum, ſed tantum ſunt diſpenſatores, 22. *q.* 63. 2. *ad* 1. & *q.* 119. 3. *ad* 1. & *q.* 185. 7. *c.*

113 Poſſunt diſponere de ſua quarta, ſicut de bonis propriis, 22. *q.* 185. 7. *c.*

114. Poſſunt dare moderate ſuis conſanguineis de bonis eccleſiaſticis in ſuum uſum deputatis, 22. *q.* 185. 7. *ad* 2.

115 Peccant, ſi in articulo neceſsitatis poſſunt vivere de patrimonio, & vivant de bonis eccleſiaſticis, 22. *q.* 185. 7. *ad* 3. item *q.* 187. 4. *ad* 1.

116 Retinentes ſibi de bonis eccleſiaſticis diviſis, vel indiviſis, notabiliter ultra quartam, peccant mortaliter, 22. *q.* 185. 7. *c.*

117 Prælatus tripliciter ſurripit bona eccleſiæ, & tenetur reſtituere, ſcilicet ſi rem eccleſię non ſibi deputatam, ſed alteri ſibi uſurparet; puta ſi Epiſcopus uſurparet ſibi rem capituli, ſi rem eccleſiæ ſuę cuſtodiæ deputatam in alterius dominium transferat, puta conſanguinei, vel amici, & ſi ſolo animo ſurriperet, dum ſcilicet incepit habere animum poſsidendi eam ut ſuam, & non nomine eccleſiæ, 22. *q.* 62. 5. *ad* 5. & *q.* 185. 7. *c.*

118 Male diſpenſans bona hoſpitalis tenetur reſtituere, non autem diſpenſans bona beneficii quoad ſuam proportionem, ſed tenetur pœnitere, 22. *q.* 62. 5. *ad* 5. & *q.* 185. 7. *c. prin.*

119 Bona temporalia quaſi nihil ſunt reſpectu futurorum, 22. *q.* 36. 2. *c. fin.*

120 Bona temporalia ſecundum ſe ſunt bona ſecundum quid, ſed ut ducunt ad beatitudinem ſunt bona ſimpliciter, 12. *q.* 114. 10. *c.*

121 Bona exteriora, ut divitiæ, & honores, ſunt bona ſimpliciter, ideſt abſolute, & ſecundum naturam ſuam, non tamen omnibus modis, & circa hęc eſt juſtitia; ſed virtutes ſunt bona ſimpliciter, ideſt univerſaliter, 22. *q.* 58. 10. *ad* 2.

122 Exteriora bona ſunt bona inſtrumentaliter, non autem principaliter, licet ſecundum Stoicos ſint nulla, 12. *q.* 59. 3. *c.* & 22. *q.* 58. 10. *ad* 2. & *q.* 125. 4. *ad* 3. & 3. *q.* 15. 6. *ad* 2.

123 Bona temporalia non ſunt præmia virtutum, nec ſubtractio eorum eſt pœna peccati principaliter, 12. *q.* 87. 7. *c. ad* 2. & *q.* 108. 3. *ad* 4.

124 Sunt ejus, cui Deus concedit quoad proprietatem, ſed quoad uſum ſunt etiam aliorum, 22. *q.* 32. 5. *ad* 2.

125 Deus dat juſtis tantum de bonis, & malis temporalibus, quantum expedit eis ad beatitudinem, 12. *q.* 87. 7. *ad* 2. & *q.* 114. 10. *c.*

126 Dat malis bona temporalia, & bonis mala temporalia, ut eis reſervet majora, ideſt æterna, 12. *q.* 87. 7. *ad* 2.

127 Bona temporalia dantur indignis à Deo ad correptionem, vel ad damnationem eorum, 12. *q.* 87. 7. *ad* 2. & 22. *q.* 36. 2. *c. fin.*

128 Omnia temporalia bona, & mala ęqualiter eveniunt bonis & malis quoad ſubſtantiam, non autem quoad finem, 12. *q.* 114. 10. *ad* 4.

129 Temporalia nullius momenti ſunt reſpectu ſpiritualium, 12. *q.* 2. 6. *c. fin.* & *q.* 87. 7. *ad* 2. & 22. *q.* 36. 2. *c. fin.*

130 Spiritualia ſatiant in perpetuum, non autem temporalia, quia temporalia paulatim ſumuntur, & corrumpuntur, 12. *q.* 31. 5. *c.* item *q.* 32. 2. *c. fin.*

131 Temporalia non habita appetuntur, ſed habita faſtidiuntur, ſpiritualia vero è converſo, 12. *q.* 2. 1. *ad* 3. & *q.* 32. 2. *c. fi.* it. *q.* 33. 2. *o.*

132 Spiritualia non ſapiunt habentibus affectum infectum amore delectationum corporalium, & præcipue venerearum, 22. *q.* 20. 4. *c.* & *q.* 46. 2. *c.*

133 Spiritualia poſſunt ſimul à multis integre poſsideri, non autem corporalia, 12. *q.* 28. 4. *ad* 2. & 3. *q.* 23. 1. *ad* 3.

134 Promiſsiones bonorum temporalium in veteri lege fuerunt figuræ ſpiritualium in nova lege, 12. *q.* 114. 10. *ad* 1.

135 Bonum morale præcipue conſiſtit in converſione ad Deum, & malum in averſione, 22. *q.* 19. 2. *ad* 2.

136 Bonum, & malum ſpeciali modo, ſcilicet morale invenitur in habentibus electionem, 1. *q.* 48. 5. *c.*

137 Bonum in naturalibus, & moralibus, duplex, ſcilicet eſſentiale, & accidentale, 12. *q.* 18. 3. *ad* 3.

138 Omne bonum honeſtum vel utile, eſt bonum morale, non autem omne delectabile, eſt bonum moraliter, quia illa dicuntur ſecundum rationem, illud autem ſecundum appetitum, 12. *q.* 34. 2. *ad* 1.

139 Boni mores dicuntur qui rationi congruunt, mali vero qui à ratione diſcordant, 12. *q.* 100. 1. *c.*

140 Bonum non contrariatur bono in moralibus, ſed tantum in aliis, 12. *q.* 31. 8. *ad* 1.

141 * Virtus eſt bona ſeipſa, non autem per aliam bonitatem, 12. *q.* 55. 4. *ad* 1.

142 * Bonum quod ponitur in diffinitione virtutis, non eſt bonum tranſcendens, ſed bonum rationis, 12. *q.* 54. 3. *ad* 2. item *q.* 55. 4. *ad* 2.

143 Ad bonum operandum requiritur virtus moralis inclinans, & prudentia dirigens, 12. *q.* 113. 1. *ad* 2.

144 Actus exterior addit ad bonitatem vel malitiam, ex objecto vel circumſtantiis actui voluntatis, non autem ex fine, niſi actus voluntatis fiat melior vel pejor, tripliciter, ſcilicet ſecundum numerum, extenſive, vel intenſive, 12. *q.* 16. 4. *o.* item *q.* 24. 3. *c.* item 22. *q.* 76. 4. *ad* 2.

145 Eadem bonitas vel malitia ex fine eſt actus exterioris, & actus voluntatis, non autem aliæ, 12. *q.* 20. 3. *c.* & 4. *ad* 2.

146 Tota bonitas vel malitia actus exterioris ex fine, eſt ex actu voluntatis, non autem aliæ, ſed è converſo, 12. *q.* 20 2. *o.*

147 Bonitas, & malitia ex fine prius eſt in actu voluntatis, quam in actu exteriori. Similiter quæ eſt ex objecto, vel circumſtantiis, ut eſt in executione operis. Sed ut eſt in ordinatione, & apprehenſione rationis, eſt é converſo, 12. *q.* 20. 1. *o.*

Bos habet quinque utilitates, ſcilicet quia immolatur, arat, comeditur, lac, & corium dat.

13. Quodlibet bonum creatum eſt bonum particulare, ſed ſolus Deus eſt bonum univerſale, 1. *q.* 65. 1. *ad* 2. & *q.* 103. 2. *c.* & *q.* 105. 4. *c.* & *q.* 106. 2. *c.* & 12. *q.* 2. 7. 8. *c.* & *q.* 9. 6. *c.*

14. Deus eſt ſua bonitas eſſentialiter, 1. *q.* 3. 2. *c.* item *q.* 6. 3. *o.* item *q.* 20. 1. *ad* 3. item *q.* 49. 3. *c.* item *q.* 62. 8. *c. ad* 2. item *q.* 100. 2. *c.* item *q.* 103. 2. *c.* item 12. *q.* 4. 4. *c.* item 22. *q.* 19. 1. *c.* item *q.* 23. 2. *ad* 1. item *q.* 24. 11. *c.* fin. item *q.* 27. 3. 4. *c.* item *q.* 34. 1. *c. ad* 1. item 3. *q.* 1. 1. *c.* item *q.* 20. 1. *c.*

15. Eſt vere, & proprie bonus, 1. *q.* 6. 1. *o.*

16. Eſt ſummum bonum, 1. *q.* 6. 1. *ad* 2. & 2. *o.*

17. In omni bono ſummum bonum, ſcilicet Deus, deſideratur, 1. *q.* 6. 1. *ad* 1.

18. Habere ſpeciem, modum, & ordinem non eſt de ratione boni increati, niſi ſicut in cauſa, 1. *q.* 6. 1. *ad* 1.

19. Bonum duplex, ſcilicet abſolute, ideſt cujus bonitas eſſet alio creato non exiſtente, ut ſuppoſita; & ad aliud, ideſt cujus bonitas non eſſet ſine alio creato, ut materia, & accidentia, 12. *q.* 18. 4. *c.*

20. Bonum duplex, ſc. commutabile, & incommutabile, 22. *q.* 21. 1. *ad* 3. & 3. *q.* 86. 4. *ad* 1. & 5. *c.*

21. Bonum duplex, ſcilicet ſubſiſtens, ut perſonæ, & inhærens, ut accidentia, 12. *q.* 26. 4. *c.* & 3. *q.* 11. 5. *ad* 3.

22. Bonum ſimpliciter dicitur dupliciter, ſcilicet abſolute, & univerſaliter, 22. *q.* 58. 10. *ad* 2.

23. Quod eſt bonum ex ſuppoſitione, debet bonum judicari, 12. *q.* 39. 1. *c.*

24. Bonum particulare duplex, ſc. verum, ideſt ordinabile ad principale bonum, ſcilicet ad ultimum finem; & falſum, ſeu apparens, quod abducit à finali bono, 22. *q.* 23. 7. *c.* & *q.* 45. 1 *ad* 1.

25. Bonum triplex, ſcilicet honeſtum, utile, & delectabile, 1. *q.* 5. 6. *o.* & 12. *q.* 99. 5 *c.* & 22. *q.* 45. 3. *o.*

26. Bonum duplex, ſcilicet propter ſe, ideſt honeſtum, & propter aliud, ideſt, utile, 12. *q.* 8. 2. 3. *o.* & 22. *q.* 23. 7. *c.*

27. Diviſio boni eſt analogi, quia primo convenit honeſto, ſecundo delectabili, tertio vero utili, 1. *q.* 5. 6. *ad* 3. item 12. *q.* 8. 2. *ad* 2. item 3. *ad* 4.

28. Bonum importat relationem rationis ad appetitum, 1. *q.* 5. 1. *c. ad* 1. & 3. *ad* 1. & *q.* 16. 1. 3. *c.*

29. Conſiſtit in hoc, quod ſit aliquid appetibile, 1. *q.* 5. 1. *c. ad* 1. & 3. *c. ad* 1. & 5. *c.* & *q.* 6. 1. *c.* & 2. *ad* 2. & *q.* 16. 3. 4. *c.* & *q.* 19. 9. *c.* & *q.* 48. 1. *c.* & 12. *q.* 29. 1. *c.*

30. Bonum, & pulchrum fundantur ſuper eandem rem, ſcilicet formam; ſed bonum reſpicit appetitum, pulchrum vero vim cognitivam, 1. *q.* 5. 4. *ad* 1.

31. Bonum eſt diffuſivum ſui ipſius ut finis, non autem ut efficiens, 1. *q.* 5. 4. *ad* 2.

32. Dicit rationem perfecti, & ultimi, 1. *q.* 5. 1. *c. ad* 1. & 3. *c. ad* 1. & 5. *c. ad* 1. & *q.* 6. 3. *c.* & *q.* 16. 3. 4. *c.* & 12. *q.* 52. 1. *c.*

33. Conſiſtit principaliter, & per ſe in perfectione, & actu, 1. *q.* 48. 5. 6. *c.* & *q.* 49. 1. *c.*

34. In bonis ſimpliciter, & abſolute, & ſecundum naturam ſuam poteſt eſſe medium, & extrema, ſcil. ſuperfluum, & diminutum, non autem in bonis ſimpliciter, ideſt univerſaliter, 22. *q.* 58. 10. *ad* 2.

35. Non tantum finis, ſed etiam quæ ſunt ad finem ex ipſo ordine habent rationem boni, 22. *q.* 33. 6. *ad* 3.

36. Bonum habet rationem cauſæ finalis, 1. *q.* 5. 2. *ad* 1. & *ad* 2. & 4. *o.* & *q.* 48. 1. *ad* 2.

37. Bonum omnium menſuratorum, & regulatorum conſiſtit in attingendo ſuam regulam, 12. *q.* 19. 9. *c.* item *q.* 64. 1. 3. *c.* item *q.* 71. 6. *c.* item 22. *q.* 17. 1. *c.* item *q.* 23. 3. 6. *c.* item *q.* 27. 6. *c.* item *q.* 58. 3. *c.*

38. Ratio boni primo præſupponit formam, per quam eſt ens, ſecundo virtutem effectivam, qua eſt perfectum, 1. *q.* 5. 4. *c.*

39. Omne ens eſt bonum, & è converſo, 1. *q.* 5. 3. *o.* & 17. 4. *ad* 2. & *q.* 49. 1. 3. *c.* & 12. *q.* 18. 1. *c.* & 3. *ad* 3.

40. Eſt bonum, inquantum eſt perfectum, & in actu, 1. *q.* 5. 1. *o.* & *q.* 48. 1. *c.* & 12. *q.* 18 1. 2. 3. 4. *c.*

41. Sicut eſt bonum, ſic eſt appetibile, 1. *q.* 5. 1. *c.*

42. Bonum ſecundum rationem finis eſt prius ente, ſed è converſo ſecundum rationem formæ, & ſimpliciter, 1. *q.* 5. 2. *o.* & 3. *ad* 4. item 4. *c.*

43. Bonum eſt communius ente ſecundum cauſalitatem, 1. *q.* 5. 2. *ad* 2.

44. Bonum ſimpliciter dicitur ſecundum perfectionem ultimam, & bonum ſecundum quid, ſecundum perfectionem eſſentialem, & primam, ſed ens è converſo, 1. *q.* 5. 1. *ad* 2. & 12. *q.* 18. 1. *c.*

45. Materia eſt bona ſimpliciter, licet ſit ens ſecundum quid, 1. *q.* 48. 3. *c.* & *q.* 49. 1. *c.*

46. Non eſt ens, nec bona, niſi in potentia, 1. *q.* 5. 3. *ad* 3.

47. In mathematicis non eſt bonum, quia non ſunt ſeparata ſecundum eſſe, 1. *q.* 5. 3. *ad* 4.

48. Bonum, & ens, & alia tranſcendentia convertuntur ſecundum ſuppoſita, non autem ſecundum rationem, 1. *q.* 5. 1. *o.* & *q.* 11. 1. *o.* & *q.* 16. 3. *o.* & 4. *o.* & *q.* 17. 4. *ad* 2. & *q.* 54. 2. *c.* & *q.* 59. 2. *ad* 3. & 12. *q.* 29. 5. *c.* & 22. *q.* 109. 2. *ad* 1. & 3. *q.* 10. 3. *c.*

49 Unitas pertinet ad rationem bonitatis, 1. *q.* 103. 3. *c.* & 12. *q.* 36. 3. *o.*

50 Bonum verum, & unum habent contraria, quia fundantur in ente, non autem ens, quia in nullo fundatur, 1. *q.* 17. 4. *o.*

51 Verum ſignificat rationem boni, 1. *q.* 82. 3. *ad* 1.

52 Bonum, & verum mutuo ſe includunt, 1. *q.* 16. 4. *ad* 1. & *q.* 50. 2. *ad* 3. & *q.* 59. 2. *ad* 3. & *q.* 79. 11. *ad* 2. & *q.* 82. 3. *ad* 1. & 4. *ad* 1. & *q.* 87. 4. *ad* 2. & 12. *q.* 9. 1. *c. ad* 3. & 22. *q.* 109. 2. *ad* 1.

53 Bonum eſt prius vero ſecundum appetitum, ſecundum rationem autem, & ſimpliciter eſt è converſo, 1. *q.* 16. 4. *o.*

54 Verum eſt ſimplicius, abſtractius, & abſolutius bono, & propinquius enti, 1. *q.* 16. 4. *c.* & *q.* 82. 3. *c.*

55 Verum eſt in anima, ſed bonum eſt in rebus, 1. *q.* 16. 1. *c.* item *q.* 82. 3. *c.*

56 Ratio veri eſt eadem in omnibus moralibus, non autem ratio boni, 12. *q.* 60. 1. *ad* 1.

57 Bonum eſt primum cadens in apprehenſione rationis practicæ, 12. *q.* 94. 2. *c.*

58 Sicut bonum nominat illud, in quod tendit appetitus, ita verum nominat illud, in quod tendit intellectus, 1. *q.* 16. 1. 3. *c.*

59 Verum eſt bonum intellectus, & falſum eſt malum ejus, 12. *q.* 55. 4. *c* item *q.* 57. 2. *ad* 3. item. *q.* 64. 3. *c.* item 22. *q.* 1. 3. *ad* 1. item *q.* 4. 5. *c. ad* 1.

60 Bonum eſt fortius malo, 12. *q.* 60. 5. *ad* 4.

61 Difficilius conſtituitur, quam malum, 12. *q.* 18. 4. *ad* 3. & *q.* 19. 6. *ad* 1. & 7. *ad* 3. & *q.* 20. 2. *c.* & *q.* 35. 8. *ad* 1. & *q.* 71. 4. *ad* 2. & 5. *ad* 1. & 22. *q.* 79. 3. *ad* 4. & *q.* 110. 3. *c.*

62 In omni malo eſt aliquid boni, 1. q. 49. 3. *c.* item q. 103. 7. *ad* 1. item q. 109. 1. *ad* 1. item 12. q. 18. 1. *c. ad* 1. & q. 35. 6. *c.* & q. 73. 2. *c. fin.* & 22. q. 172. 6. *c.*

63 Bonum, & virtus tranſumptive dicitur etiam in malis, ſicut dicitur bonus latro, 12. q. 55. 3. *ad* 1. & q. 92. 1. *c.* & 22. q. 45. 1. *ad* 1. & q. 47. 13. *c.* & q. 92. 1. *ad* 1.

64 Omne malum fundatur in aliquo bono, 1. q. 103. 7. *ad* 1.

65 Bonum, & malum ex genere ſunt reſpectu objecti, 12. q. 18. 2. *o.*

66 Illud quod eſt ſecundum ſe malum ex genere, non poteſt eſſe bonum, & licitum, 22. q. 110. 3. *c.*

67 Malum aliquando dicitur contrarium bono, quia non privatur totum bonum, ſed aliquid de bono remanet, 22. q. 33. 5. *c. prin.*

68 Non omnis carentia boni eſt malum, ſed tantum debiti, 1. q. 48. 2. *ad* 1. & 3. *c. ad* 2. & 5. *ad* 1. & q. 49. 1. *c.*

69 Subjectum cujuslibet mali eſt bonum deficiens, ideſt in potentia, 1. *q.* 11. 2. *ad* 1. & *q.* 17. 4. *ad* 2. & *q.* 48. 3. *o.* & *q.* 49. 1. *c.* & 3. *c.* item *q.* 103. 7. *ad* 1.

70 Bonum eſt naturaliter prius malo, 12. *q.* 25. 2. *o.*

71 Eſt cauſa mali per accidens tantum, 1. *q.* 49. 1. *o.* item 3. *c.* item 12. *q.* 75. 1. *o.*

72 Cauſa mali non eſt, niſi bonum deficiens, 12. *q.* 18. 1. *ad* 1.

73 Bonum, & malum per accidens, ideſt in concreto, contrariantur, ſed per ſe, ideſt in abſtracto, opponuntur privative, 1. *q.* 48. 1. *ad* 3. & 2. *ad* 1. & 2.

74 Dicuntur contraria, & ſunt genera; ideſt generales conditiones omnium contrariorum, 1. *q.* 48. 1. *ad* 1.

75 Summum malum non contrariatur ſummo bono ſecundum rem, ſed ſecundum vocem, 1. *q.* 39. 3. *ad* 2.

76 Nullum malum opponitur ſummo bono contrarie, nec privative, niſi indirecte, ideſt ſecundum rationem communem boni, 1. *q.* 17. 4. *ad* 3. item *q.* 49. 3. *ad* 2.

77 Mala eſſe, & fieri non eſt bonum ſimpliciter, ſed tantum per accidens, inquantum ſunt occaſio bonorum, 1. *q.* 19. 9. *o.*

78 Malum tollit totum bonum ſibi oppoſitum, & minuit habilitatem, non autem tollit ſubjectum ejus, 1. *q.* 48. 4. *q.* & 12. *q.* 85. 1. 2. 4. *o.* item *q.* 93. 6. *ad* 2.

79 Corrumpit bonum ſibi oppoſitum formaliter, & privative, non autem effective, 1. *q.* 48. 1. *ad* 4. item *q.* 49. 3. *c.* item 12. *q.* 85. 1. *ad* 4.

80 Inter bonum, & malum civile, vel ad alterum, eſt medium, non autem abſolute, 1. *q.* 48. 1. *ad* 3. & 12. *q.* 18. 8. *ad* 1.

81 Bonitas creaturæ non eſt ejus eſſentia, 1. *q.* 6. 3. *ad* 3.

82 Nulla creatura eſt bona per eſſentiam, 1. *q.* 6. 3. *o.* & *q.* 103. 2. *c.* & 12. *q.* 2. 8. *c.* & *q.* 9. 6. *c.*

83 Maximum bonum in creaturis eſt bonum ordinis univerſi, 1. *q.* 22. 4. *c.* & *q.* 25. 6. *ad* 3. & *q.* 47. 2. *c.* & *q.* 49. 2. *c.* & *q.* 50. 3. *c. fin.* & 22. *q.* 122. 2. *c.*

84 Cujuslibet creaturæ ſecundum ſe conſideratæ duplex eſt bonitas, ſcil. eſſentialis, & accidentalis, 1. *q.* 25. 6. *c.*

85 Creatura ex eſſe, vel eſſentia eſt bona ſecundum quid, ſed ex accidentibus eſt bona ſimpliciter, 1. *q.* 5. 1. *ad* 1.

86 Ipſum univerſum, & quælibet creatura poteſt eſſe melior quam ſit, bonitate accidentali, non autem eſſentiali, 1. *q.* 25. 6. *o.*

87 Qualibet re creata poteſt eſſe alia res creata melior, bonitate eſſentiali, & accidentali, 1. *q.* 25. 5. 6. *o.*

88 Bonum cujuslibet creaturæ conſiſtit

dat. Ideo ſutans reddebat quinque pro uno, 12. q. 105. 2. ad 9.

Brachium ſignificat potentiam operativam, quę tripliciter impeditur, ſcilicet à Deo, à diabolo, & ab utroque, 1. quæſt. 100. 10. ad 3.

Bubo nocte paſtum quærit. Ideo ſignificat luxurioſos, qui delectari quærunt in nocturnis operibus quæ agunt, 12. q. 102. 6. ad 1.

Bucella quam porrexit Chriſtus Judæ, non fuit corpus Chriſti, ſed purus panis, 3. q. 81. 2. ad 3.

C

1 CAdere non permittit Deus aliquos niſi alios erigat, 1. q. 23. 6. ad 1.

1 Reprobatur verbum Cain dicentis: Major eſt iniquitas mea quam ut veniam merear; quia miſericordia Dei peccantibus per pœnitentiam veniam præbet, abſque ullo termino, 3. q. 84. 10. c. fin.

1 Calix debet eſſe de auro, vel argento, vel ſtanno, 3. q. 83. 3. ad 6.

2 Sicut non poteſt facere aliquis eccleſiæ prælatus, quod calix conſecratus deſinat eſſe conſecratus ſi maneat integer, ſic multo minus poteſt facere, ut homo Deo conſecratus quamdiu vivit, conſecratus eſſe deſiſtat, & quod ille qui profeſſus eſt religionem non ſit religioſus, 22. q. 88. 11. c.

1 Si calor ſubſiſteret ita calefaceret, ſicut nunc inhærens, 1. q. 56. 1. c.

2 Calor naturalis agit in virtute animæ, ut inſtrumentum ejus, 1. q. 115. 1. ad 5. item q. 118. 1. ad 3.

3 Digerendo generat pinguedinem quæ ipſum conſervat, quaſi ejus nutrimentum, 22. q. 82. 2. ad 2.

4 Calor diſponens ad formam ignis manet poſt adventum ejus, non quidem idem numero, ſed idem ſpecie, quia non eſt idem ſubjectum ejus, 3. q. 7. 13. ad 2. & q. 9. 3. ad 2.

5 Ignis quantumcumque calidus, non calefaceret, niſi eſſet motus cæli, 12. q. 109. 1. c.

6 Calor, & aliæ qualitates tangibiles erunt in corpore glorioſo ex natura ſua, quæ non erunt reductæ ad medium rei ſecundum æquidiſtantiam ab extremis acceptum, ſed ad medium proportionis, ſecundum quod competit optimæ complexioni humanæ in ſingulis partibus. Et ideo tactus illorum corporum eſt delectabiliſſimus, quia potentia ſemper delectatur in convenienti, & triſtatur in exceſſu, 3. q. 54. 2. ad 1. & ad 2.

7 Virtus in ſemine agit per triplicem calorem, ſcilicet, animalis, elementi, & cæli, 1. q. 118. 3. ad 3.

Calvariæ locus dicitur communis locus decollatorum; non autem à capite Adæ ibi ſepulti, 3. q. 46. 10. ad 3.

1 Calumnia eſt falſa & malitioſa impoſitio criminis, 22. q. 68. 3. c. ad 1.

2 Eſt defenſio criminis, per fraudes, dolos, & mendacia, 22. q. 69. 2. 3. c.

Ars campſoria utitur de ſe numiſmate ad debitum & idoneum uſum; ratio eſt, quia illud lucrum vel illud plus quod accipitur à campſoribus in tali permutatione monetæ, non accipitur ratione pecuniæ quæ de ſe non parit pecuniam, ſeu de ſe eſt invendibilis, ſed ad vitandum damnum, ſive ratione periculi vel intereſſe, ut ſubveniatur ſalariis penſionum, domorum, miniſtrorumque, & laboribus & expenſis in arte neceſſaria, & licita, ne fruſtra ponant operam, & ſudorem ſuum ad utilitatem aliorum, 22. q. 78. 2. ad 4.

1 Canis in veteri lege non offerebatur, quia erat animal immundum. Nec redimebatur, quia eo utebantur idololatræ in ſuis ſacrificiis. Et ſignificat rapacitatem, de quo non licet fieri oblatio. Sed alia animalia immunda redimebantur, 12. q. 102. 3. ad 7. & 22. q. 86. 3. ad 2.

2 Canis videtur uti ſyllogiſmo diviſivo, 12. q. 13. 2. 3. ad 3.

Canonicus regularis poteſt tranſire ad religionem monachorum, & non é converſo, niſi ſint laici, 22. q. 189. 8. ad 2.

1 Cantus, & laus vocalis erit in beatis poſt reſurrectionem, 22. q. 13. 4. c.

2 Salubriter fit in eccleſia, ad devotionem excitandam, 22. q. 91. o.

3 Cantus theatricus, vel aliquod aliud artificiale organum in eccleſia ad delectationem, vel oſtentationem, improbatur, 22. q. 91. 2. ad 2. & ad 4.

4 Diaconi, & prælati non debent cantibus inſiſtere; ſed prædicationi, doctrinæ, & eleemoſynis, 22. q. 91. 3. ad 3.

Capacitas duplex, ſcilicet naturalis potentiæ, & obedientialis. Prima ſemper impletur ſecundum genus ſingulorum, & non ſecundum quodlibet individuum; ſecunda vero neutro modo, 3. q. 1. 3. ad 3.

1 * Capitale vitium dicitur à capite membro, quia pœna capitis punitur, vel quia eſt cauſa finalis per ſe multorum peccatorum, 12. q. 84. 3. 4. o. & 22. q. 34. 5. c. & q. 35. 4. c. & q. 118. 7. 8. c. & q. 148. 5. c. & q. 153. 4. c. & q. 158. 1. c. ad 2.

2 Capitalia dicuntur, quia ut in pluribus alia oriuntur ex eis, licet quandoque aliquod vitium ex bono oriatur, per abuſum, ut ex objecto, non autem ut ex principio, 22. q. 55. 4. ad 1.

3 Vitia capitalia dicuntur á fine proprio, non quidem omnium, ſed eorum ex quibus ſæpius alia oriuntur, non autem ab ultimo, 22. q. 34. 5. c. & q. 35. 4. c. & q. 36. 4. ad 1.

4 Sunt tantum ſeptem, ad quæ omnia alia reducuntur, ſcilicet vana gloria, acedia, invidia, ira, avaritia, gula, & luxuria, 12. q. 84. 4. o.

Prçlatus præeſt in capitulo, ſicut judex in foro judiciali, 22. q. 33. 7. ad 1.

1 Caput naturale habet tria reſpectu aliorum membrorum, ſcilicet ordinem, perfectionem, & virtutem influendi, 3. q. 8. 1. 8. c.

2 Significat multa, ſecundum ſimilitudines ad multas proprietates ejus, 12. q. 84. 3. 4. o. & 3. q. 8. 1. c.

3 Omnes operationes animales à capite principium habent, 3. q. 8. 1. c.

4 Influit in alia membra dupliciter, ſcilicet intra, & extra, gubernando actiones exteriores, 3. q. 8. 6. 7. c.

5 In capite vigent omnes ſenſus, in cæteris vero membris eſt tantum unus ſenſus, ſcilicet tactus, 3. q. 8. 1. c. & q. 66. 7. ad 3.

1 Character non eſt proprie in genere, nec in ſpecie, ſed reductive, ſicut ens incompletum, quia eſt potentia inſtrumentalis, 3. q. 63. 2. c. fin.

2 Eſt in ſecunda ſpecie qualitatis, 3. q. 63. 2. o.

3 Diffinitio triplex characteris, 3. q. 63. 3. 5. o. & q. 72. 5. c.

4 Eſt potentia, qua renati in vitam ſpiritualem poſſunt facere operationes ſimiles virtutibus, quibus ſacramenta efficaciam habent, 3. q. 72. 5. c.

5 Eſt duplex, ſcilicet potentia activa, & paſſiva, 3. q. 63. 2. c.

6 Eſt ſacramentum, & res ſacramenti, 3. q. 63. 3. ad 2. & 6. ad 3. & q. 66. 1. b. & c. & 12. ad 1.

7 Habet rationem ſigni, ratione ſacramenti ſenſibilis, & ratione configurationis, 3. q. 63. 1. ad 2. & 2. ad 4.

8 Eſt participatio ſacerdotii Chriſti, 3. q. 63. 3. 5. c. & q. 65. 3. ad 3.

9 Eſt ſubjective in anima, ſicut virtus inſtrumentalis, 3. q. 50. 4. ad 3. & q. 63. 2. c. & 5. ad 1. & ad 2. & q. 64. 1. c.

10 Eſt ſubjective in potentia animæ, & non immediate in eſſentia animæ, 3. q. 63. 4. o.

11 Eſt principaliter in potentia intellectiva, & ſecundario in affectiva, 3. q. 63. 4. ad 3. & 5. c.

12 Semper manet, etiam in damnatis, quia eſt indelebilis, 3. q. 50. 4. ad 3. & q. 63. 2. c. & 5. o. & q. 64. 9. ad 3. & q. 66. 9. c. & q. 82. 8. c.

13 Chriſtus nullum habuit characterem, 3. q. 63. 5. 6. c.

14 Chriſtus eſt character patris, 3. q. 63. 1. ad 2.

15 Non habens characterem baptiſmi nullum alium recipere poteſt, quia ille præſupponitur de neceſſitate ab omni alio, 3. q. 72. 6. o.

16 Character baptiſmi eſt alius à charactere confirmationis, & ordinis, quia ſunt ad diſtinctos actus, 3. q. 72. 5. c.

17 Character baptiſmi, eſt potentia paſſiva, ſed character confirmationis, & ordinis eſt potentia activa, 3. q. 63. 3. c.

18 Eſt à tota Trinitate, ſed appropiatur filio, 3. q. 64. 1. c.

19 Eſt proprie character Chriſti, tanquam ducis quo configurantur fideles ſacerdotio Chriſti, 3. q. 63. 3. o.

20 Character ſecundum omnes imprimitur in quibuſdam ſacramentis, 3. q. 63. 1. c.

21 Imprimitur ſolum in ſacramentis novæ legis, 3. q. 62. 6. ad 3. item q. 63. 1. ad 3. item 2. c.

22 Imprimitur ſolum in tribus ſacramentis, ſcilicet baptiſmo, confirmatione, & ordine, 3. q. 63. 6. o. & q. 72. 5. c. & q. 80. 10. ad 1.

23 Eſt cauſa gratiæ ſacramentalis, 3. q. 63. 2. o. & q. 69. 10. c.

24 Per characterem deputantur fideles ad actus convenientes præſenti eccleſiæ, per prędeſtinationem vero ad præmium vitæ æternæ, 3. q. 63. 1. ad 1. & 2. c.

25 Character beſtiæ eſt obſtinata malitia, vel profeſſio illiciti cultus, 3. q. 63. 3. ad 3.

Charadrion eſt avis garrula, ideo ſignificat loquaces, 12. q. 102. 6. ad 1. fin.

1 Charitas eſt accidens, 22. q. 23. 3. ad 3.

2 Eſt habitus in anima creatus, contra magiſtrum ſententiarum, 22. q. 23. 2. o.

3 Eſt virtus, 22. q. 23. 3. o. & q. 27. 1. c.

4 Poteſt dici virtus generalis, 22. q. 58. 6. c. & 3. q. 85. 2. ad 1.

5 In quantum ordinat actus omnium virtutum ad bonum divinum. Sed ut reſpicit bonum divinum, ut proprium objectum, eſt virtus ſpecialis, 22. q. 58. 6. c. & 3. q. 85. 2. ad 1.

6 Eſt amicitia, 12. q. 65. 5. c. & q. 66. 6. ad 2. & 22. q. 23. 1. o. item q. 24. 2. c.

7 Eſt radix omnium virtutum, 12. q. 62. 4. c. & q. 65. 5. ad 2. & q. 71. 4. c. & q. 84. 1. ad 1. item 22. q. 23. 8. ad 2. & q. 139. 2. ad 2.

8 Eſt mater omnium virtutum, 12. q. 62. 4. c. & 22. q. 23. 8. ad 3. & q. 186. 7. ad 1.

9 Eſt forma omnium virtutum, 12. q. 62. 4. c. & 22. q. 4. 3. o. & q. 23. 8. o. & q. 24. 12. ad 4.

10 Charitas qua formaliter diligimus, eſt quædam participatio divinæ charitatis, quæ Deus eſt, 22. q. 23. 2. ad 1. item 3. ad 3. item q. 24. 2. ad 1. item 7. c.